

obuiant cantando. Breui utuntur ueste, ac ut communiter nigra. Diuisa quondam fuit in ulteriorem & citeriorem. Citerior eadem Tarraconensis ad Pyrenea usq; iuga protenditur. Vltior in duas per lōgitudinem prouincias, Bethicam & Lusitaniam diuiditur. Superioribus uero annis in quinque regna diuisa scilicet in Castelle, Arragonim, Portugaliā, Nauarre, & Granate, Castelle siue Legionis Tarraconensis Hispaniā portio, habet præcipuas ciuitates, Toletum 10.40.37.0. Salmancam, à Ptole. Salmantica 7.20.38.20. Arragonia, Tarraconensis pars, habet præcipuam Sarragossam ciuitatem sub gradibus 18.10.40.40. Portugallia, Lusitania olim dicta, nobile regnum, cuius solertia factum est, ut ab Hispania in Indiam hodie nauigetur; cuius ciuitates Lysibona, apud Ptole. Olicisippon, ab alijs Vlixbona, ab Vlixse dicta, sub gradibus 5.0.36.40. Portugallia ex coniectura à Ptolemeo Lauara 6.0.39.5. Nauarre Tarraconensis pars, cuius ciuitas præcipua Pampilona, à Ptole. Pompelona, sub gra. 15.40.42.0. Granate, quæ Betica est, præcipuas ciuitates habet Granatum, à Ptole. forte Illipula magna 9.40.34.20. Corduba 7.50.34.25. Sibilis, Ptole. uidetur Ispalis, sed quibusdam Macharana 7.30.35.0. Gallitiæ Tarraconensis portionis ciuitates Compostellum, à Ptole. ut coniectura capere possumus, Flauium brigantium 7.0.42.15. Cathalonix, Tarraconensis portionis ciuit. Valentia 14.38.36.10. Tarragona à Ptole. Tarracon, 18.30.38.20.

De Gallia siue Francia;

CAPVT IIII.



Allia post Pyreneos montes sequitur, inter Hispaniam Germaniamq; & duo maria, Oceanum & mare nostrum sita. Est enim triplex Gallia. Tonfa siue togata, quæ & Cisalpina dicitur, sed Italię finibus includitur. Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, eam in tres prouincias à tribus populorum generibus historici diuiserunt, Belgicam uide licet, Celticam, & Aquitanicam. Augustus uero eam quadrifariā diuisit, addita Lugdunensi. Amianus in multijugas prouincias diuidit, utpote, qui primam & secundam Lugdunensem, & primam & secundam Aquitanicam faciat. Braccata quæ & Narbonen. dicitur, hæc est quæ Rheno fluuio adiacet, & pro maiori parte lingua utitur Teutonica. Gallia igitur à candore populi appellata, ueræ pietatis obseruandissimi, liberales artes multis curæ existunt, quòd Gymnasia, & præcipue id quod Parrhisij est, demonstrant. Terra hominum, frugumq; ferax Gallia etiam Francia, à Francis Germaniæ populis, à quibus olim ferè, tota subacta est, dicitur. Nunc in multas prouincias diuisa, ut sequitur. Vasconia, Aquitanicæ Galliæ portio, præcipuam habet ciuitatem Burdigalam sub grad. 18.0.44.30. Armoniaca Aquitanicæ Galliæ portio est. Languedochia siue Tholosana, olim Braccata, Narbonensis Galliæ pars, habet ciui. Tolosa 22.10.42.50. Narbona 23.30.42.0. Mons Pesselanus, Ptole. Agatha 24.30.42.50. Parpiano 23.30.41.15. Prouintia, Narbonen. portio, has præcipuas habet ci. Arla, à Ptole. Arelatum Colonia 25.50.42.45. Marsilia, Ptole. Mafsilia 26.30.42.5. Delphinatus Narbonen. Galliæ partis ci. Vienna 26.0.45.0. Aueniona 25.45.43.15. Sabaudia, siue Sophoyæ Narbonen. Galliæ ciui. Lugdunum, Lyon 26.0.45.15. Geneuora, Genffuulgo 28.0.45.45. Burgundiæ Lugdunen. Galliæ ciui. Digion 25.45.47.0. Turoniæ Celticæ Lugdunen. Galliæ ciuita. Aurelia, Orliens uulgo 22.0.47.30. Turonia, Tors uulgo 20.15.47.30. Francia Celticæ Lugdunen. Galliæ ciui. Parrhisius, à Ptole. iuxta coniecturam Lutotecia 23.0.48.30. Campaniæ Belgicæ Galliæ ciui. Cathalanum, Chalon uulgo 25.30.48.30. Britannia Lugdunen. Galliæ ci. Nantes 18.15.47.15. Normandiæ

dia